

T. f.)



PASTOR-hodie-SCANDANUS

ad ALBIM,

VIR

*Venerabilis & Clarissimus*

DN. JUSTUS SIBERUS,

Pöeta Lauriger & famigerabilis,

hic benedictus

sistitur

à

Patronis & Amicis.

---

*Dresda, Typis Montanis,*

*Anno clj ljc lxx.*



## I.



*Vam modò commisit Spartam moderator Olympi,  
Hanc SIBERE Tibi faustiter esse precor:  
Quò ferat hinc largos CHRISTI-Respublica fru-  
ctus,  
Utibiles aliis, proficuosq; Tibi.  
Res levis est, Parochum fieri: sed ritè docere,  
Et prodesse gregi, maxima semper erit.*

CHRISTOPHORUS BULAEUS, D.  
Superint. Dresdæ.

## II.

**S**CANDA *vacat: Te SCANDA vocat: ne scandere cessa,*  
Scansilis *hicce CHORUS: scansilis hicce TORUS:*  
*Ergò quò eveniat FELICITER! oscine cygno*  
SCANDÆ *scande CHORUM, scande, SIBERE, TO-*  
RUM.

*Scandano-recens-Pastori  
exaluminato  
suo  
SIBERO  
bujus-olim-scansionis  
præfagus  
FREIBERGÆ*

SEBASTIANUS Gottfried Starck/ D.  
P. & Superintendens.

## III.

III.  
Suo UNI  
J. SIBERO  
JESUM  
Adstitem.

**Q**uin recens-Tuæ Spartæ, quam nactus es, asurgam, applaudamq; FELICITER! tantum abest, ut nequeam, ut vel hoc ipso ictu oculi ter pede pulsem tecum humum. Maeste jam nunc MI VIR, & nobiscum disce PATI. Etenim munia nostra merum esse *Patientia Gymnasium* ipso ἐμπειρίας ὄμματι edisces. Vah ut gaudeo, Te etiam factum *JESU Asinum*, uti more modoq; suo hoc est, perquam terse *logodædalus* ille *Postillator Valerius Herberger* loquitur. Ast ne illicò in ipsis carceribus tibi creem nauseam, plurimum desino. Ubi annus redierit in orbem, invise, amabo, me & tunc in pectus hoc amicissimū depone, quæ Tibi, melli meo, sunt deponenda, tecum tunc triumphabo! Verùm quo me rapit impetus? Corrigo me & Te bono animo esse jubeo. In brachiis & amplexibus Tui Mei *JESU* omnia vinces adversa & tandem reportabis *Niceteria*. Propediem erit ubi Te compellabo coram. Interea-horarum *belle vale* & post *Spartam* esto sollicitus de *Marthâ*. Hoc enim ordine eunt *Fata*. Iterum Iterumq; *Vale*.

Tuisimms  
vel si mavis Græcè  
ὄσοτατ

ΣΕΒΑΣΤΟ-ΘΕΕΙΡΗΝΟΚΡΑΤΩΝ

IV.  
Suo DN. SIBERO,  
Amico integerrimo.

**H**actenus egregie fidus, *SIBERE*, fuisti,  
Dotes in laudem ritè locando *DEI*.

A 2

Ad

*Ad majora, illo nunc disponente, vocaris  
Et Pastor celebris redderis ipse loci.  
Accipe præclaram Spartam, quam donat Jōva,  
Accipe & banc orna promptus utrâq; manus.  
Suggerat ipse Tibi vires, relevetq; labores,  
Detq; tuis verbis pondera certa DEUS!  
Et Te contra omnes armetq; tegatq; furores,  
Ne titubes, quicquam vel patiare mali.  
Deniq; sed serò, Te sanctis cœtibus ipsum  
Jungat, qui Cœli tecta beata tenent.  
Præmia ubi fidis servis solventur abundè,  
Quæ Mundus parcè solvere sæpe solet.  
Fulgebuntq; velut stellantis sidera Olympi,  
Hic homines nullo quos posuere loco.*

*ἄνευ δόλων gratul.*

M. Daniel Schneider Misenenfis,  
in Electorali Dresdâ ad D. Crucis Symmysta.

---

V.

Ad

VIRUM

*Præmodum Reverendum & Famigerabilem,*

DN. JUSTUM SIBERUM,

P. L. C. SS. Theol. Candid. & Criticum  
pereximium,

*Fratrem jucundissimum:*

QUUM PASTOR vel DOCTOR Cathedrarius Scandanorum  
ad Albim vocatus confirmatusque esset.

*προσφώνημα.*

*Nostra*

**N**ostra mens, SIBERE, *salve*, jam Tonantis Maximi  
 Præco, Vates & Legate; quantum immutatus es!  
 Entheus qui totus ipse verba spargis enthea,  
 Regis ad Jessæi exemplum summa cantas Numina,  
 Veritatis entheatae Cultor-Ultor masculus.  
 Nam Cathedram *Scandanensem* jam vocatus occupas  
 Pastor, Inspector, rostrisq; Doctor in vacantibus  
 Fulguras, sicut Pericles, molli Verbi fulmine,  
 Pindarizas, scite Rhetor, oris almi flumine.  
 Te Cathedra *Scandanensis* ornat, ornas hanc magis,  
 Ut decor decorem vincat; grata conspiratio!  
 Ligneus valebit Pastor, tu Sacerdos aureus  
 Emicabis in Cathedra *Scandanensi* lignea.  
 O Sacramentorum Christi Promie-Conde affabilis,  
 Victor exultes in luctu κοσμο-σαρκο-πνεύματι.  
 Te tuebitur Satelles dius amplexu pio.  
 Perge, perge, perge, perge *Scandere* in laudes DEI,  
*Scande* felix, perge velox, Alter-Idem, *Jonathan*,  
 Ipsa *Scande* sic *Scandendo* pulchra Cœli sidera.  
 Mundus est cadaver triste, qui sequuntur hunc, Canes:  
 JUSTUS ut cordata palma sed virebit perpetim,  
 JUSTUS & SIBERUS ille palma florens in DEI  
 Atriis inhabitabit, sancta morum Regula.  
 His bonis faveto Verbis, & SIBERE mi,

VALE!

ΕΥΦΗΜΙΑΣ ΕΥΕΚΟΣ

Martinus Stubrizo

VI.

**F**elix, quem *Virtus meritorum* maectat honore,  
 Seu veniant *fascēs*, seu *sacer ordo* detur.  
 Namq; animum frangit tollitq; *Vocatio*, prout quis  
 Obtinet officium, seu *benè*, sive *malè*!

A 3

Ergo

Ergò gratamur, *juste* quòd **JUSTE** vocaris  
*Pastor*, dum cedit *Scanda* docenda tibi.  
 Scilicet ingenii dotes peperere *Patronos*,  
 Commoda qui dignos præmia ferre volunt.  
 I nunc atq; tibi commissum pascito cœtum,  
 Et monitum *Pauli Titus*\* ut alter habe.  
 Haftenus ut cepit facundæ gratia lingvæ,  
 Quot claras animas *Regia Dresda* fovet;  
 Sic quoq; *Scanda* tuo sitiens pendebit ab ore  
 Et comtus sermo corda movebit ibi.  
 Quod tibi cum cœtu cedat **FELICITER** opto,  
 Unquam nec vanus fit labor iste facer.

\* *Tim. 2, 15.*

*Colendo suo SIBERO levibus  
 his adesse debebat*

Gabriel Glachs.

VII.

I. N. 7.

ReVerenDV's ornatVs & LiteratVs DoMInVs  
 JVstVs SberVs, Pastor In SChanDa V,aC. Pœeta Coro-  
 natVs; aMICVs MeVs beneVoLVs, & VsV Cor-  
 DLaLIs, àqVe GetII Lege MhIpte fIDeLIs.

(Anno M. 5663. secund. Richter's calcal. & Anno Christi 1659. &. 27. Maij  
 hujus dati.)

(κατ' ἀνάγκη ex Esaia 61, v. 5.)

Stabuntq; alieni & pascunt pecora vestra, & Filii alie-  
 nigenæ, erunt agricolæ vestri, ac vinitores vestri!

(ἐνάγκη ex reliquis.)

Hui! dum os domûs sum, sudo; DEUS! si tempus: Da  
 lusus sub choros!

(ὄρομα-

(ὀνοματὸν χαριευλισμὸς.)

**J**OV A ministerium Verbi, modulo moderatus  
Mirando, Mystis est alienigenis.

Olim etenim Saracenos atq; Schytas docuere  
Andreas divus; porro Philippus eos.

Liravit pius Ægyptum Petrus geminando:  
Christjanis primas dando Schedas inibi.

Cum Medis, Persas pascendo Bartholomæus;  
Bragmannos Thomas, re, coluere p̄y.

Hispanis CHRISTI, Jacobus, dogmate major.  
Non Hispanica, sed cœlica vina dedit.

Æthyopum Matthæus runcavit paradoxa:  
Cui fuit exosum non ibi martyrium.

Et Lucam Bithynia duxit in agricolamve.  
Cordis: Thaddeum, Phœniciumq; solum.

Charus Joannes juvenis dilectus JESU:  
Vinitor in septem traditus est gregibus.

Quam peregrinus erat Paulus multis, populi sunt  
Romani testes: deindeq; Græcus, Arabs.

NB. Esa. 60. 9. Insulæ expectabunt naves Tharsis; (qs. Paulum intendens.  
Versio Francofurtana.)

En Witeberga potens: Bresslâ, sic Lipsia, Dresda:  
Hui varios aluit quos alienigenas?

Vinitor, Agricola, & Pastor ceu spirituales  
Tales suggesto, stant ibi nunc hodie.

Promisit DEUS hoc: alienigenæ edificabunt,  
Confractos Muros, Relligione, meos!

Si verbum Domini: rarenter Patria Tellus,  
Dulcadio Mystam, quandoq; ferto suum:

SIBERUS meus, ibit eo, quo misero! dicit:  
A stipulæ paleis, Tritica purificet.

Dimidium SIBERE, animaq; meæ: Peregrinus  
Conspicuo prato fide, parare sata.

Esa. 60, 10.

Matth. 13, 57.

Jer. 1, v. 7.

NB. 6. 12. 7. 5.

Nato

Ze 5400 OK

Nam jam mitteris hinc alienus Atlas, peregrinatus

In Terra sortem: VERBA, DOCERE, DEI.

Opto humeris hac angelicis cum sint salebrosa,

Subve Choros, lusus tempus, adesce DEI.

Accrescant Evax uva! Tibi vinea CHRISTI est:

Ab pecora in campo sint tua frugifera.

Vulnus adesto tumens pretioso sanguine JESU:

SCHANDANIS foret en, uva suavis, jo!

In DOMINO Moderator eas, fudes etiamsi: His

Misurus JESUS est aliquando telos.

Ecce, dicatus est sudor, tergebatur atqui

A chara Tibi post Numinis, ille, manu.

Per facul haud Templo: informare, repositere danda, est:

Os sis Tu Domui: posce, docendo Choros.

Stato Domo in JESU caelestia farier ore:

Hui! quamvis fiant: In statione mori.

Presta Te fortem, Te praestaturus in evum es

spero, precando sies nunc Paradisicola!

Matth. 21.

Matth. 20.

Num. 13. 24.

1. Cor. 15. 58.

Gen. 3.

Apoc. 7.

Hiob. 29.

Apoc. 2.

1. Reg. 2. 2.

Esto Vir.

12. 173. 399. 186. 199. 10. 52.  
Ach Herr Just Siber ist ja gleich

3. 49. 347. 227.

da in Schandau Pfarr.

Clavis Cabalistica

1031

628

1659

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20 30. 40 50. 60. 70. 80. 90. 100. 200. 300. 400. 500.  
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

NB. Schandau qs. Schawan/ die Aw:

Neuer Schandawischer Priester-Seuffzer:

Herr Jesu nun anschau / Die Harling gar verbaue /

Die neue Hutt und Aue: | Durch mich den Acker baue!

Suo amicissimo in intima

affectionis testimonium mitteb.

Sigismundus Pfeiffer/ SS. Th. St.

☉(o)☉

Handwritten signatures and initials in blue ink.





PASTOR-hodie  
ad A  
V  
Venerabilis E  
DN. JUSTU  
Pöeta Lauriger  
hic ber  
fift  
Patronis  
Dresda, Typ  
Anno cl



T.f.)

